



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad part. 5. Quæst. 11. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ideò volunt Domini, quod præsupponantur in factò omnia ea, quæ aliàs præsupposita fuerunt, & dubitent, an præsentia in iustitia compensationis, de qua in sententia die Mercuri 20. Junii 1576. fuit resolutum constare de notoria iniustitia sententiæ, sit saltem ita velata, ut non sit amplius cognoscendum particulatim de ea, quasi in casu isto majorem difficultatem habeat, quia non agitur de temporali præjudicio, puta executione facta, sed de perpetuo, ut cognoscatur de iustitia sententiæ, quæ maximè inter se differunt. *Franc. in d. cap. dilecto quasi s2. numer. 41. circa med. ver. considera, quod aut agitur de appella. post Imol. quem in refert.*

Ad part. 5. Quæst. II. *Additio.*

Epis copum posse Ecclesiam construendam eximere à sua jurisdictione etiam in præjudicium successorum, licet divertim sit in Ecclesia jam constructa tenuerunt *Feln. in c. cum venerabilis num. 33. de except. Barbar. conf. 33. col. antepenult. vers. Et si dicatur lib. 1. Roch. de jure patron. verb. pro eo num. 26. Et seqq. contra Federic. de Sens. conf. 111. numer. 4. Et conf. 247. & pro utraque parte arguit Rotatorum sen. mem. Gregorio XV. dec. 4. n. 12. Et 13. quæ est supra in hoc tomo dec. 52. Et quamvis opinio Federici videatur probata per Rot. in Veronen. exemptionis 27. Maii 1594. coram Pamphilo sen. illa tamen decisio non loquitur præcisè in terminis Ecclesiæ construendæ.*

De eo autem quod sine consensu Capituli nullum valeat Episcopi privilegium vid. dec. 382. n. 3. par. 2. recent. quæ hic sequitur.

